

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Secundum

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Quis sit eius actus? 3

urn:nbn:de:hbz:466:1-38762

642 QVEST. CXVII. ART. III.
equalitatem in ipsis exterioribus rebus. Non autem ad eam propriè pertinet moderari interiores passiones. Vnde aliter pecunia est materia liberalitatis, & aliter iustitiae.

ARTIC. III.

Vtrum vti pecunia sit actus liberalitatis?

592

Inf a 4.

Et quo 5

a. 23. ad

1. Et 4.

Et co. 4.

A D tertium sicut proceditur. Videtur, quod vti pecunia non sit actus liberalitatis. Diuersarum conuenit alijs virtutibus, sicut iustitia & magnificencia. Non ergo est proprius actus liberalitatis.

¶ 2 Præterea, Ad liberalitatem non solum pertinet dare, sed etiam accipere & custodire. Sed acceptio & custodia non videntur ad usum pecunie pertinere. Ergo inconvenienter dicitur proprius actus liberalitatis usus pecunie.

¶ 3 Præterea, Usus pecunie non solum consistit in hoc quod pecunia detur, sed in hoc quod expendatur. Sed expendere pecuniam refertur ad ipsum dependentem: & sic non videtur esse actus liberalitatis. Dicit enim Seneca * in 5. de Beneficiis, Non est liberalis aliquis ex hoc quod sibi donat. Ergo non quilibet usus pecunie pertinet ad liberalitatem.

e. 1. non SED contra est, quod Philosoph. * dicit in 4. Ethic. multū a Vnoque optimè vtitur qui habet circa singulae prin. 30. 5 virtutem. Diuitijs ergo vretur optimè qui habet circa pecunias virtutem. Iste autem est liberalis. Ergo bonus usus pecuniarum est actus liberalitatis.

R E S P O N D E O dicendum, quod species actus sumitur ex obiecto, ut supra habitum est *. Obiectum autem, sive materia liberalitatis est pecunia, & quicquid pecunia mensurari potest, ut dictum est f. Et quia qualibet virius conuenienter se habet ad suum obiectum, consequens est, ut cum liberalitas sit virtus, actus eius sit proportionatus pecuniae. Pecunia autem cadit sub ratione bonorum utilium: quia omnia exteriora bona ad usum hominis sunt ordinata,

nata. Et idcō actus proprius liberalitatis est pecunia,
vel diuitijs vti.

Ad primum ergo dicendum, quod ad liberalitatem pertinet bene vri diuitijs, in quantum huiusmodi: eo quod diuitiae sunt propria materia liberalitatis. Ad iustitiam autem pertinet vri diuitijs secundum aliam rationem, scilicet secundum rationem debiti: prout scilicet res exterior debetur alteri. Ad magnificentiam autem pertinet vti diuitijs secundum quamdam specialem rationem, id est, secundum quod assumuntur in alicuius operis magni expletionem. Vnde & magnificencia quodammodo se habet ex additione ad liberalitatem, vt infra dicetur *.

Ad secundum dicendum, quod ad virtuosum pertinet non solum conuenienter vti sua materia vel instrumento, sed etiam præparare opportunitates ad bene vieslum. Sicut ad fortitudinem militis pertinet non solum exercere gladium in hostes, sed etiam excuere gladium, & in vagina conseruare. Sic etiam ad liberalitatem pertinet non solum vti pecunia, sed etiam eam præparare & conseruare ad idoneum usum.

Ad tertium dicendum, quod sicut dictum est *, ar. præst.
propinqua materia liberalitatis sunt interiores passio- ad 1. et 3
nes, secundum quas homo afficitur circa pecuniam.
Et idecō ad liberalitatem pertinet præcipue, vt homo propter inordinatam affectionem ad pecuniam non prohibeatur à quocumque debito usu eius. Est autem duplex usus pecuniae. Unus, ad seipsum, qui videtur ad sumptus vel expensas pertinere. Alius autem, quo quis vtitur ad alios, qui pertinet ad dationes. Et idecō ad liberalitatem pertinet, vt neque propter immoderatum amorem pecunie aliquis impeditur à conuenientibus expensis, neque à conuenientibus dationibus. Vnde circa dationes & sumptus liberalitas consistit, secundum * Philosophum in 4. * c. 1. 20. 5

Ethic. Verbum autem Senecæ est intelligendum de

Sf 2 libe-

644 QVÆST. CXVII. ART. IV.
liberalitate, secundum quod se habet ad dationes.
Non enim dicitur aliquis liberalis ex hoc quod sibi
aliquis donat.

ARTIC. IV.

593

Inf. q. 119

a. i. ad 2

et 3 Et 4

eth. co. 3.

c. i. ante

med. to. 5

Ibid.

lib. 4. c. 1.

8om. 5.

Ibid.

Vtrum ad liberalem maximè pertineat dare?
Ad quartum sic proceditur. Videtur, quod ad liberalem non maximè pertineat dare. Liberalitas enim à prudentia dirigitur, sicut & qualibet alia virtus moralis. Sed maximè videtur ad prudentiam pertinere diutinas conseruare. Vnde & Philosoph. dicit in 4. Ethic. * quod illi qui non acquisierunt pecuniam, sed suscepserunt acquisitam ab alijs, liberalius eam expendunt, quia sunt inexperti indigentiae. Ergo videtur quod dare non maximè pertineat ad liberalem.

¶ 2 Præterea, De hoc quod aliquis maximè intendit, nullus tristatur, neque ab eo cessat. Sed liberalis quandoque tristatur de his quæ dedit, neque etiam dat omnibus, vt dicitur in 4. Ethic. * Ergo ad liberalem non maximè pertinet dare.

¶ 3 Præterea, Ad illud implendum quod quis maximè intendit, homo vtitur vijs quibus potest. Sed liberalis non est peritius, vt Philosoph. * dicit in 4. Ethic. cum per hoc posset sibi præparare facultatem alijs donandi. Ergo videtur, quod maximè non intendat ad dandum.

¶ 4 Præterea, Magis homo obligatur ad hoc quod prouideat sibi quam alijs. Sed expendendo aliiquid, prouidet sibi, dando autem, prouidet alijs. Ergo ad liberalem magis pertinet expendere, quam dare.

S E D contra est, quod Philos. * dicit in 4. Ethic. quod liberalis est superabundare in datione.

R E S P O N D E O dicendum, quod proprium est liberalis vti pecunia. Vsus autem pecunie est in emissione ipsius. Nam acquisitione pecunie magis assimilatur generationi, quam vslui. Custodia vero pecunie, in quantum ordinatur ad facultatem vtiendi, assimilatur habitui. Emissio autem aliquius rei, quanto sit ad ali-

quid